UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

17. De Flagellatione Christi. Matt. 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

à grauiſſimo lapſu perdendi autorem generis humani. Vnde & putatur crediſſe ac ſaluata. Orig. & Chryſoſt. 3.

Multa enim paſſus ſum hodie per viſum propter eum id eſt, multa ſomniaui, quæ me ſolicitam, anxiamque reddiderunt. Conſidera multos Patres arbitrari terrores hos mulieri per quietem iniectos à dæmone, vt impediret Chriſti paſſionẽ. Aduerterat enim Chriſtum eſſe Meſſiam, tum ex reſponſis Pilato datis, tum quia Patres in limbo exultabant de vicina liberatione; & ideo metuebat ſuas vires minuendas. Vnde colligis, quanta fuerit malitia hominum, vnde dœmon quidem eos auſus fuerit à cœpto reuocare, ſed opem à muliere quæſierit. Alii tamen malunt à bono angelo factum. S. Ign. Cypr. Bern.

MEDITATIO XVII.

De flagellatione Chriſti. Matth. 27. Mar. 15. Ioan. 19.

CVm tertio Pilatus proteſtaretur nullam ſe cauſam mortis inuenire, & Iudæi clamarent crucifigendum Ieſum, apprehendit eum, & congregata tota cohorte flagellauit Cõſidera hactenus ſponſum animæ tuæ, vt

reſibi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

te ſibi deſponſaret, variis modis irriſum conſputum verberatum, nunc autem ve-tum eſſe ad vulnera, vt qui tibi honores ſuos, libertatem, aliaq; corporis bona de-dit, nunc etiam ſanguinem propinaret, v-ſurus, qua tu viciſſim liberalitate ſis vſurus.

2. Conſidera. Chriſtum à Pilato præto-rianis militibus tradi, qui totam cohor-tem, id eſt, *666.* milites conuocarunt: v-attende miram eorum petulantiam, Chri-ſti vero incredibilem confuſionem & pati-entiam. Primó enim cum toto corpore coram tanta multitudine denudant: Tum ſacrum corpus columnæ alligant, brachiis in altum erectis. Stat agnus inter lupos, nemo pro eo loquitur, nullus miſeretur. Tale ſpectaculum non fuit à condito or-be, vt flagella caderent in humeros Dei.

2, CONSIDERA, quam grauis & acerba fuerit flagellatio. Veteri quidem lege ca-uebatur, ne vltra 40. verbera infligeren-
Deut. tur, hac addita cauſa, ne quis tot plagis
25. fœdé laceratus expiraret. At gentilis mi-les nec hac lege tenebatur, nec commiſe-ratione vlla mouebatur, ſic vt 5400. ver-bera, vt nonnullis ſanctis reuelatum eſt, illi inflixerint. Quod non videtur impro-babile, quia ideo Pilatus eum flagellari

voluit

voluit, vt Iudæorũ rabies viſo Chriſti corpore miſere dilaniato aliquantum miteſceret. Deinde quia flagellatio ideo præmittebatur crucifixioni, ne nuditas corporis crucifixi aliquem ad turpitudinem moueret, &ideo totum erat deformandũ. t conſidera internis oculis, quanta vi tum virgis, tum nodoſis funibus corpus diſcerpant ſanguine vbertim in terram defluente; auribus excipe multiplices ictus, cachinnos & ſannas cædentium. Vide quoque in angulo aliquo latitantem B. Virginem, & cum gemitu ſingulos ictus numerantem.

Conſidera Chriſtum dum à columna ſolueretur, inſtar trunci prolapſum in terram: tam enim erat fractus & debilitatus ex flagellatione, vt pedibus inſiſtere non poſſet. Aſpice enim in pauimento reptantem ſanguinem, vt veſte ſe cooperiat. Vt autem in pedes ęgre ſe erexit, cogita eum ſic te allocutum. Fili mi, hæc paſſus ſum libenter amore tui. Expende quam parum reſpondeas huic meo amori, tum quod tã impatiens ſis in paucis flagelli alicuius ictibus perferẽdis, tum quod quotidie nouis peccatis & imperfectionib. me flagellare non deſiſtis. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN